Fragmentarium

egenis. At ut de ceteris taceam quos paupertas illuſtres fecit
profecto non erit mihi ſilentio pretereunda tenuis illa
facultas Agrippe menenij. C. fabricij. Attilij reguli. CN.
Scipionis quos omnium res familiares anguſte immor
talem gloriam pepererūt. Non enim auri mide opes atili
non ſardana palli plume contendere cum his auſint.
Venerantur et adorant prudentum fortunas: agiles cece
copie parent horridulis: grauibus titillantes opes. denique
referta domus ingum ſepe. at contra ſumma imperij et inops
et nudi conſequitur. Modus hic mihi ſit cedo iam tandem
Que reliqua ſunt trado uobis altius diſerenda. Res eſt
huius generis tamen quod ubi quamuis multa et grauiter et ornate
dixeritis reliquiarum tamen aliquid relictum putetis.
Mihi uero non inuito hoc eſt ineundum munus
non ut me tibi prelatum iri putem tanta uis fuit ora
tionis tue et iocunditas. Sed ut ex arem paucis quid in
hac re philoſophantium quidam ſuis moribus tenuerunt
Ambigit primo igitur nostri huius loci ueſtibulum. Si paupertas
uicium ſit dicenda uel uirtus. in qua te memorare licu
cuerit bipartitam ab Ariſtotele uirtutem eſſe. Voluit enim his
alteram eſſe qua predicus ſit perficiatur ut oculi uirtus
ut equi huius generis uirtus non numquam tanta in brutis eſt
fulget ut proſequamur eam miro quodam amore.
Habes hinc Areophile maroneum illum Mezentium in
bellacis equi uirtute flagrantem et cum eodem ſeſe ſic

License: public_domain – Göttingen, Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen, Cod. Ms. Morbio 1 b, 4r – Philippus Ariminensis, Symposium de paupertate (https://fragmentarium.ms/view/page/F-8l46/11343/82220)